

ipsum subiecit et voluit, quod omnia que ibi fuerunt ordinata mitterentur Romam ad papam Silvestrum, qui ex certis causis consilio non interfuerat, ut omnia aprobare et confirmaret¹¹⁾. Ex quo patet quod¹²⁾ in iudicio pape omnis imperialis iurisdiction dependet ...¹³⁾.

cap. 107 Donationes Theodosii Karuli magni et Henrici sexti¹⁴⁾.

Theodosius²⁾ primus imperator Grecorum totum imperium subiecit ecclesie et Karulus³⁾ magnus pro tempore, quo simul fuit imperator Grecorum et Franchie rex³⁾, dedit ecclesie resortum confirmans legem Theodosii²⁾, sicut patet in decretis xi. q. i. capitulo *Volumus*⁴⁾, ubi sic ait: 'Volumus et precipimus, quod omnes homines nostre dictioni subiecti tam Romani quam Franchi Alamani Frixones et Galli hanc legem Theodosii teneant, quod quicumque littem habens', et cetera 'si iudicium elligerit sacrosancte sedis antistitis, illico aut etiam^{a)} si alia pars refragatur, ad episcoporum iudicium cum sermone liggantium dirigatur.' Ex hoc evidenter ostenditur quod in causa temporalis regni^{b)} Franchie Ytalie et totius imperii⁴⁾ in⁵⁾ omni casu et ab omni iudice et ab omni parte et in^{c)} omni causa propter defectum iustitie ad papam potest appellari⁵⁾; et per consequens ostenditur quod⁶⁾ in ipso est plenaria iurisdiction temporalis, quam etsi immediate non exercent videtur alteri comisisse, aliter esset frustra. Ex hoc probatur quod comisit iurisdictionem temporalem imperatori et regibus et universis ipsam exercentibus⁶⁾. Iustinianus⁷⁾ etiam imperator qui leges condidit interfuit consilio constantinopolitano celebrato sub Iulio papa, qui ipsum consilium quantum sua interfuit aprobavit et voluit, quod leges imperatoris immitarentur iura papalia, unde ait⁸⁾: 'Lex imperialis non dedignatur imitari sacros canones'; ergo sententia canonum prevallet⁷⁾. Sed quia sunt aliqui, qui dicunt^{d)} ista talia: imperatorum concessionem seu donationem sunt arrogate —, audiamus quid Henricus sextus^{8a)}, qui nuper imperii coronam optinuit, dixerit. Ipse enim, ut habetur in Concilio vienensi⁹⁾, iuravit manutenere et conservare omnia privilegia ... et post suam coronationem imperiali aurea bulla comunivit. Ex hoc apparet quod donatio Constantini adhuc in suo robore perseverat; et quod imperator possit alienare res imperii, habetur ff. de leg. i. *Apud iul. § ultimo*¹⁰⁾, et Bonifatius VIII in Sexto decretalium, *Fundamenta*¹¹⁾ dicit, quod donatio Constantini de imperio occidendi est in ecclesia et quod numquam <fuit> alienata^{e)}.

¹²⁾ quod — dependet vgl. *ebd.* 21, 17 f. ¹³⁾ In B folgt ein Orakel der tiburtinischen Sibylle über Konstantin.

cap. 107 ^{a)} aut etiam] et cetera et BW; cf. *Petrus de Palude, Tract. 255, 31*
^{b)} regnum W ^{c)} ab BW ^{d)} quod add. W ^{e)} alienavit W

¹⁾ Vgl. CM cap. 342 und 343. ²⁾ Theodosius — Theodosii vgl. *Petrus de Palude, Tract. de pot. papae 238, 33—35.* ³⁾ Karulus — rex vgl. *ebd.* 255, 27 f. ⁴⁾ C. 11 q. 1 c. 37. Von diesem Zitat — imperii vgl. *Petrus de Palude, Tract. 255, 27—34.* ⁵⁾ in — appellari vgl. *ebd.* 205, 14 f. ⁶⁾ quod — exercentibus vgl. *ebd.* 205, 16—20. ⁷⁾ Iustinianus — prevallet vgl. *Tholomeus von Lucca, DC 21, 27—22, 16. In CM cap. 457 f. 146^r—v wird fast das ganze Kap. 9 der DC wiedergegeben.* ⁸⁾ Nov. 83. 1. ^{8a)} Nach heutiger Zählung Heinrich VII. ⁹⁾ Clem. 2. 9 c. un. ¹⁰⁾ Dig. 30. 39. § 10. ¹¹⁾ VI. 1. 6. 17. Tatsächlich stammt die Dekretale von Nikolaus III., wurde aber auf Bonifaz' Veranlassung hin in den Liber Sextus aufgenommen.